

Aragonensia I, 408 ff. veröffentlicht sind (jetzt Const. V, n. 990—992), folgen:

I. Michael Stephani an Jayme II., a. a. O. n. 271, S. 410: 'Senyor, bene audivistis de Alamannia, qualiter publicatur ibi papa tanquam hereticus et vir sanguinum. Et multa alia crimina et defectus, que opponuntur contra eum. Religiosi communiter adherent regi Alamannie, maxime fratres Minores et quam plures principes et populares. Civitates vero de Ytalia miserunt quamplures syndicos, qui adhibebunt appellacioni facte contra papam'.

II^a. P. de Abbacia an Jayme II., a. a. O. in der Note zu n. 272, S. 411: 'Nova de curia ad presens non sunt nisi de appellacione per ducem Bavarie facta ac processibus domini pape. Cuius quidem appellacionis copia hic non potest reperiri, set bene dicitur, quod dominus papa eam habet, diu est. Fertur, quod dicta appellacio in effectu tria continet, primo totum processum pape, secundo per rationes nititur ostendere predictum processum non tenere de iure, tercio arguit et impingit in personam domini pape aliqua nephanda. Et super hiis dictus dux petit vocari concilium generale in urbe Roma. Dicitur etiam, quod dictus dux huiusmodi appellacionem in toto districtu suo Alamannie facit publice predicari tam per prelatos quam ordines mendicantium, qui pro maiori parte omnes, ut fertur per aliquos, sibi adherent. Nisi Altissimus provideat de oportuno remedio, dubitandum est de scandalo'.

II^b. Derselbe an Bernard de Aversone, a. a. O. n. 272, S. 411: 'Fertur, quod dux Bavarie appellavit a domino papa et a processibus per ipsum factis contra eum et in appellacione ponit multa et diverssa crimina domino nostro pape, secundum quod dicitur. Propter que nititur probare, quod ipse non potuit precedere nec potest contra ipsum. Et super hoc invocat concilium generale et petit locum pro concilio urbem Romanam, in qua offert se probaturum quidquid in appellacione continetur. Set non credo ipsum posse probare. Fertur etiam, quod aliqui de ordine mendicantium, immo plures predicant contra dominum papam, adherendo maliciis ipsius ducis; et nisi Dominus ab alto provideat, dubito, quin magnum scandalum oriatur et ex hiis diversse perturbationes in mundo nascentur'.

Alle drei Berichte zeigen, dass zur Zeit des Abgangs derselben von Avignon dort die Nachricht von der Appellation und ihrer Aufnahme im Reiche als Neuigkeit ver-